Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



24

Sacrificate sacrificiū iustitię & sperate in dn̄o · multi dicunt quis ostendit nobis bona ⁊
Signatum est super nos lumen uultus tui dn̄e · dedisti lętitiam in corde meo ⁊
A fructu frumenti & uini ÷ & olei : sui · multiplicati sunt
In pace in idipsum · dormiam & requiescā ⁊
Quoniam tu dn̄e singulariter · in spe constituisti me ⁊

IN FINEM PRO EA QUAE HEREDITATĒ CONSEQUITUR PSALMUS DD̄ ⁊

Ecclā suam poscens orationem audiri · predicat hereticos & scismaticos a dn̄i munere excludendos · felicia insuper commemorans premia beatorum ⁊

VERBA MEA AURIBUS percipe dn̄e · intellege clamorem meum ⁊
÷ Intende uoci oratio

Superius ammonuit mater, ab antiquis culturis recedendum · Nunc hortatur et xp̄ianos semetipsos non pecudes · recte uiuendo dō sacrificare ⁊ Sperare docemur in dō · ut salutaria eius promissa consequamur ⁊ Quis ostendit nobis bona · dicunt multi dubitando · quod nec pauci debuerunt · idest resurrectionem esse uenturam ⁊
Ammonet eos qui carnalibus rebus intenti ēē ꝓbant̄ · multiplicati s̄ enī pessimis actibus · Idest mundana uoluptate completi · Ideo addit sui · quia peccatores istis utuntur fructibus · n̄ secdm̄ p̄cepta dī · sed secundum desideria sua ⁊
Singularis spes est ecclesiae in membris suis · quia solu respicit regnum dī · quod impii non possunt adipisci ⁊ Cum dicit · constituisti me · Significat dignā sententiam quam hic habemus in spe · ibi possidetur in re ⁊

Psalmus iste ut superior ad xp̄m pertinet ⁊ Dicendo enim uerba mea · oris significat psalmodiam ⁊ Intellege clamorem ut affectum cordis petit aperiret ⁊ Trina ista repetitio unum significat · Cum dixit · percipe · Intellege · Intende ⁊

Signatum est sup nos lum̄ · quia sicut nummus imperatoris habet imaginem · Ita fidelibus signa cęlestis regis imprimunt̄ · hoc est signaculū sc̄ę crucis quo diabolus fugatur ⁊ Lum̄ ē uultus dī impressio crucis · quia eos inluminat semp qui se non polluant ulla prauitate ⁊ Laetitiam dicit rectę fidei · Tunc enim lętamur ueraciter quando recte credimus ⁊
Neputares pacē istam temporalē significari · sed incōmutabilē cęlestemq · In corde p̄manentē · Ideo dicit in idipsum · Ut intellegas nulla uarietate in se ipsa uerā pacē mutatam ⁊ Dormiam · id̄ in ipsa pace uitā finire ⁊ Requiescam in futura beatitudine · quando iā requiescabit̄ scis ⁊
Pro ea quae hereditatem consequitur · ecclesiam significat · Cuius persona in hoc psalmo introducitur · quia resurgente xp̄o · ad eam spiritalia bona peruenerunt ⁊ Idest fides spes caritas ⁊

Intende uoci modo dicit · ut declaret orationem hanc ēē perfectam · quam inflammat